

pectore peto doceri multo plura quae nescio, a quo accepi pauca, quo scio, &c. *Cum Philippo*: Effice, ut studia, & totum curriculum vitae meae sit felix & salutare & mihi & aliis! *oraverit.*

**XIII.** *Ut merito idem moneat*: Hoc considerantes petamus ardentibus votis, ut Deus nos faciat vasa misericordiae & non sinat nos fieri vasa irae. *Vas misericordiae quid est?* Organum seu instrumentum gratiae, ein Gnadenwerkzeug/dadurch Gott viel gutes wirkt. wenn Gott einem Gnade giebt / daß ein Mensch viel thut/ das ihm und andern zum besten gereichet. *Vas irae (est)* ut Demosthenes qui movit multa, turbavit Remp. aliquoties: ruina tandem in eum irruerunt & eum oppresserunt. Behaltet diese appellationes, & quoties precamini, addite ad vestram precationem: *Domine Deus, fac me vas misericordiae & non sim vas irae; & cogitate, quod Christus inquit: Sine me Joh. 15, 5. nihil potestis facere. Item: Quanto magis Pater caelestis dabit Spiritum Luc. 11. sanctum petentibus? Scio Domine, quod non est hominis via ejus &c. In festo Galli.*

**XIV.** *Et tunc Dominus magnus Spiritu intelligentiae replebit eum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiae suae, & in oratione confitebitur Domino. Et ipse dirigit consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in seculum non delebitur. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia, &c. Siracid 39, in fin. Ubi quidem versio Lutheri admodum est emphatica.*

**XV.** *Quod si hoc modo omnia ascribuntur Deo: ibi Deus ulterius sua dona in nobis ita coronat, ut invidi & malevoli nihil ad ea possint, sed ut magnis saltibus gloriae proterere possimus cervices vituperonum, Sidon. 4. epist. 12. secundum illud: Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum, 1 Reg. 2, 30.*

**XVI.** *Omnia igitur Deo accepta feramus, ὅτι ἐκ αὐτῶ καὶ δι' αὐτῶ καὶ ἰς αὐτὸν (nota scopi) τὰ πάντα. Αὐτῶ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας, Ἀμήν. Rom. 11.*

**XVII.** *Dei & Proximi. Ex combinatione ipsius DEI in V. T. Deut.*